

peccati coerceat. sciens scriptum. Stultus ubi
non corrigitur. Et iterum. Percute filium tuum
uirga. et liberabis animam eius a morte.

Memuisse debet semper abbas
quod est. meminisse quod dicitur. et scire quia
cui plus committitur. plus ab eo exigitur. Sci
atque quam difficilem et arduam rem suscepit.
regere animas. et multorum seruire moribus. et
alium quidem blandimentis. alium uero increpa
tionibus. alium suasionibus. et secundum unicuiusque
qualitatem uel intelligentiam. ita se omnibus conformet
et aptet. ut non solum detrimenta gregis se
commisisti non patiat. uerum in augmentatio
ne boni gregis gaudeat. Ante omnia ne dissi
mulans aut paruipendens salutem animarum
sibi commissarum. non plus gerat sollicitudinem
de rebus transitoriis et terrenis atque caducis.
sed semper cogitet quia animas suscepit re
gendas. de quibus et rationem redditurus est.
Et ne causeatur de minori forte substantia.
meminerit scriptum. Primum querite regnum